

HERMANNVS COMES NOVEAQVILAE.



Hermannus ex honestissima familia apud Betgas natus est haud procul Colonia. Is cum felici ingenio esset præditus, hinc inde ad Academias peruenit, atque linguarum cognitioni operam dedit. In ijs quoque adeò profecit, ut Græcis & Latinis literis multis alijs palmam præripuerit. Præterea in Poëtices studio adeò fœliciter est uersatus, ut Psalterium carmine Lyrico reddiderit. Accedebat & naturalis facundia cum prudenter coniuncta. Id quum Carolus Imperator cognouisset, eum ob uirtutes amauit, & inter consiliarios numerauit. Has honorum accessiones Hermannus magna animi moderatione suscepit, atque res suæ fidei eommissas egregiè expediuit. Quo factum ut omnibus finitimis plurimùm innottierit, & sibi magnam nominis existimationem compararit, idq; circiter annum millesimum quingentesimum quinquagesimum octauum. Anon.

Hermannus ex honestissima familia apud Betgas natus est haud procul Colonia. Is cum felici ingenio esset præditus, hinc inde ad Academias peruenit, atque linguarum cognitioni operam dedit. In ijs quoque adeò profecit, ut Græcis & Latinis literis multis alijs palmam præripuerit. Præterea in Poëtices studio adeò fœliciter est uersatus, ut Psalterium carmine Lyrico reddiderit. Accedebat & naturalis facundia cum prudenter coniuncta. Id quum Carolus Imperator cognouisset, eum ob uirtutes amauit, & inter consiliarios numerauit. Has honorum accessiones Hermannus magna animi moderatione suscepit, atque res suæ fidei eommissas egregiè expediuit. Quo factum ut omnibus finitimis plurimùm innottierit, & sibi magnam nominis existimationem compararit, idq; circiter annum millesimum quingentesimum quinquagesimum octauum. Anon.